



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXXIII.

SUPREMVV
 OFFICIVV
 VIRO
 NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
 ATQVE EXCELLENTISSIMO
 DOMINO
 DAVIDI
 THEODOSIO
 LEHMANNO

POES. PROF. PVBL. ORDIN.
 CELEBERRIMO,

DIE XIX. FEBR. ANN. MDCCXV.

IN ALMA LEV COREA

CVM
 MAGNO OMNIVV BONORVV LVCTV
 AC MOERORE DEFVNCTO,

ET
DIE XXIV. EIVSDEM

EXEQVIIS SOLENNIBVS
 COHONESTATO

PRÆSTIVV

A

COLLEGIS FAVORIBVS
 ET AMICIS.

VVITEMBERGÆ

PRELO VIDVAE GERDESIANAE.





LEHMANNVM Aonides medio sub
flore iuventae
Ereptum plorant, Leucoris alma
dolet.

Vnica vel virtus debebat tollere mortem:
Longius ut posset vivere, dignus erat.

MARTINVS CHLADENIVS, D.
ACAD. PRO-RECTOR.

AD

BEATI PROFESSORIS, LEHMANNI, PARENTEM,
SENUM VENERANDVM.

Moeſte Parens, gnati defuncti funera luges,
Deſine triftari: nam ambo ſequemur eum.
Tempora enim cernis, quois multum urgemur utrique,
Eripiet certo tempore utrumque Deus.

Fiat!

Fiat!

CASPARVS LOESCHERVS, D.

Semper erat facies animoſi plena vigoris
LEHMANNI, & ſano vivus in ore color:
Lactea nam cunctis monſtrabat membra Poeta,
Pingebatque ejus purpura grata genas:
Quis ſubitam mortem, quis proxima funera DIVI,
Antea quis poterat dicere fata ſagax!
LEHMANNNO plures longaevos ſera per annos,
Tempora ſpondebat robore firma manus.
Viſus qui fuerat ſenium venerabile Patris
ſectari conſtans gnatus ubique ſui:
Nunc perit aetatis peramoeno in flore viſcens
Et validum, & juvenem viſ inopina necat.
Diſcite, mortales, quam lubrica vita teratur;
Vno res noſtrae ſtantque, caduntque, die.

GOTTLIEB WVERNSDORFIVS, D.

Extin-

Extinguētum Lumen deplorat Leucoris Alima,
Atque dolet clarum Palladis arte Virum.
Morte Sophus magnus periit, celebrisque Poeta;
Ast celeri laetus fertur ad astra gradus.
Divina in coelo recitat. Mens carmina felix,
Non periit; vivens gaudia mille capit.

GEORG. FRID. SCHROEER, D.

Sanguinis impulsu, membris florere Poetas,
Atque voluptates, illecebrasque sequi,
Fingunt. Te miserum ducit sed sanguinis aestus
Ad morbos subito, Duce, Tuumque rogam.

I. B. VVERNER, D.

Gleich die Eltern Freud an diesem Sohn erlebt /
Und werden unversehrt in grossen Schmerz
gesetzt;
Doch wissen Sie / daß Er bey Seinem Jesu lebt /
Und nun in steter Freud im Himmel Sicher geht.
Gottfried Svevus / D.

Carmina si possent remorari aut pellere mortem,
Non lugeremus fata, POETA, Tua.
Sed quid lugemus? suavi modulatus avena
Qui modo es Anglicum jam canis usque melos.
Fas tamen est elegos lugubres funera VATIS
Tam clari tristes & decorare modos.
Invida sed fileas Satyra & pia busta POETAE
Ne rodas, cujus molliter ossa cubant.
Pascitur in vivis livor, post fata quiescat,
Et suus ex merito quemque sequatur honos.

P. M. V. O. L. D.

M. H. GRIBNER, D. P. P.

Integritas vitae DEFUNCTI, morsque beata,
Erigit afflicto: His Deus invigilet.
D. GEBH. CHRIST. BASTINELLER.

A 2

60

So schon der blasse Tod auch nicht gelehrte Leute!
 Nein! kein Gelehrter ist für seiner Sichel frey!
 Ein weiser Salomon war schon des Todes Beute/
 Noch heute geht der Tod Gelehrte nicht vorbei.
 So bistu **SEELIGESTEN**/ denn auch dahin genommen!
 Durch den / der aller Welt zulezt Feyr-Abend macht/
 Doch bist auch Du zugleich zur Himmels-Stadt gekommen/
 Wohl Dir / daß Du der Welt gegeben gute Nacht.

Diese wenige Zeilen wolte dem Seeligst-Verstorbenen zu Ehren setzen

IO. GODOFREDVS BERGER, D.

Qui Decus & Lumen nostris **LEHMANNVS**, Athenis
 Extitit heu! subito contumelatur humo:
 Philosophus dignus, vitæ cui longior usus
 Suppeteret, Nobis sternitur ante diem:

Qui studio ætatem vim, virtutesque Virorum
 Vicit, & in quo tot spes viguere, jacer.
 Plurima Castalio dum tentat promere nisu
 Per magno, ex lapido & fonte docere viam,
 Spes nostras fallit duri violentia faci,
 Atque repentino funere multa rapit,
 Sed **DEVS**, imperium cui vita est, ipse volebat
 Hunc seclî variis eripuissè malis
 Is, hunc ex animo, Moestorum saucia corda
 Luctibus in tantis erigat ipse **DEVS**:

D. CHRISTIANVS VATER, PP.

& Phys. Prov. Sax.

Was ist doch der Menschen Leben anders als Vergänglichkeith!
 Wenn wir hier gleich lange leben / endlich komt doch diese Zeit/
 Daß wir diesem Erden-Rund müssen geben gute Nacht/
 Drum wohl dem der sich zum Tod zeitig hat geschickt gemacht/
 Darum hat Ers wohl getroffen / daß Er sich aus dieser Welt
SEELIGESTEN! so bald gewendet / und nach jenem Himmels-Zelt
 Sich so zeitig aufgemacht. Er leb wohl in seiner Ruh /
 Wenn Gott will / so wollen wir auch zum Himmel eilen zu,

*Hiermit wolte dem Leibe nach zwar nicht gegenwärtig /
 doch mit herrlichen Leyb-Schänen bis an seine Ruhe-
 Städte den Seeligst-Verstorbenen begleiten*

A. BRENDELIVS, D. P. P.

Qui moritur juvenis, juvenis conscendit ad astra,
 Atque cito fruiitur, sic utiturque Deo,
 O Te felicem, quem maxima gaudia coeli
 Post hæc fata trahunt perpetuoque manent.

CHRISTOPH. HENR. BERGERVS D.

Haud

Haud pridem, miseros, pugnabas, esse Poetas.

Num, miser ut, simili sorte, Poeta fores?

Nam cadis, ingenio florens, florentibus annis,

Nec tua te spes, nec uota paterna, tenent.

Non ego, non miseros, credam, dicamue, Poetas,

Quos eadem, quae te, fata beata manent.

Nam nihil hic perdis, nil non tibi redditur illic,

Spes impleta tibi, spes bene nota Patri.

IO. GVILELMVS BERGERVS, P.P.

b. r. DECANVS.

Ergo tibi sordet quicquid mortalium in orbe est.

Spartaque? quo nuper munere mactus eras.

Scilicet in coelo perfectae gaudia vitae

Sentit, & amplexus Numinis ardet ovans.

folatii causa f.

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, P.P.

Viderat irrorata piis sua Leucoris ora

Fletibus, almorum Funera bina Virum.

Hem fatis! exclamat, tua, Mors fera, spicula cessent:

O nimum torret tristia corda dolor!

Non fatis est Cladis: florentem caedit & illa

LEHMANNVM: ejus erit denique plena Trias.

Parce igitur Matri nostrae, tua tela reconde,

Tetrica Mors: Satis est tres cecidisse Viros.

HENR. RAUCINGI Theol. D.

ejusdemque P.P. Extr. Log. Ord.

Est Academiae concussum Corpus acerbis

Mortibus haud pridem, concutiturque novis.

O miserere, DEVS, pluresque avertito mortes!

Serva conscriptos ordine, Jova, Patres!

Ita lugens ex animo precatur

ERNEST. CHRISTIAN. SCHROEDERVS,

Prof. Publ.

Dum sibi proponit peregrinas tendere in oras,

LEHMANNVS, subita morte peremptus, obit.

Sic ergo Angelicas appellit Divus ad arces,

Qui mox Anglorum visere regna cupit.

O foelix abitus! foelix mutatio status!

Triste solum linguens coelica tecta subit.

Supremo desideratissimi Collegae honori dedit

MARTINUS HASSEN,

Moral. ac Civil. P. P.

B

Plan-

Plangite, Pierides, moestum jam pangite carmen,
LEHMANNVM vestrum mors inopina rapit.
Immo, felicem, qui sentit gaudia coeli!
Pangite, Pierides, pangite dulce melos.

MART. GOTTH. LOESCHERVS, D.

Heu funesta dies, nostrum quae claudis amorem,
Dissociasque sacra pectora juncta a fide!
Siccine nec vegeti florescens corporis aetas,
Nec morum integritas, ingenivae decus,
Non tot amicorum, non sancti vota parentis
Praecipitis sfsunt tristitia jura necis?
Tu tamen interea praefers aeterna caducis,
Vixistisque satis, dum lacrymandus obis

Praematurum Collegae desideratissimi
obitum vehementer lugens scr.

JO. GVIL. JANVS, Hist. P. P.

Carmine, vel Medica si mors palleceret herba;
Sospes & incolumis Natus uterque foret.
Artes sed Medicas primum fors aspera sternit;
Inclyte, mox subita morte, Poeta, cadis.
Mulceat omnipotens Venerandi Vulnera Patris,
Et vigeat sancti cana senecta Viri!

JOH. CASP. HAZENUNO, D.

Archi-Diac.

Carmina qui quondam pangebās plena lepore
Carmina non artis quam pietatis opus:
Nunc quoque tam subita sociatus morte beatis,
Numinis in laudem cantica laeta facis.

IO. CASPAR BRENDEL, D.

Omnis Honos onus est, mandato Munere functus
LEHMANNVS subito, jam liberatus abit,
Et Vates meliora sibi mox fata paravit
Coelituum tuta, corpora, sede locat.
Prosperior vivis, quis isthaec cura perennat,
Dum spartae quidam praemia quisque suae.

JOH. TILEMANNVS, D.

Ergo iterum, Venerande Senex, in funere Nati
Cogeris heu! fatis illacrumare malis,
Quemque modo ad meritis evexit Pindus honores,
Filius, heu subita morte repente cadit.
Scilicet humanae disparent gaudia vitae,
Sola manent summi gaudia certa poli.

Ergo

Ergo cede Deo, Vir Magne, ferendo dolorem,
Iam Tibi, quam speras, certa medela venit.
Et Tu, perpetui qui jam novus incola coeli es,
Salve, ac aeternum Civis, Amice, Vale!

D. 10. GOTTOFREDVS KRAVS.

En! subito *celebris* linquit LEHMANNVS in orbe
Quae totus magni mundus habere solet;
Et potius, spernens terrarum splendida quaeque,
Sic moriens placide coelica tecta petit.

H. L. S.

CHRISTIANVS HOFFMANN/

Phil. & I. V. D.

Was darff des Wunderns nicht / daß waechre Leute stercken!

Warum? weil das Gesetz des Todes allgemein!
Drum hat der Tod es frey / um jederman zu werben /
Er gehet ungeschreit zu allen Menschen ein.

So hat auch Seeligster dich dieses jetzt betroffen /
Daß du nach diesen Schluß die Augen zugethan /

Wir wolten noch viel Jahr viel gutes von dir hoffen /
Nun aber bistu schon gegangen Himmeln an.

Wir wollen dir gar gern die Himmels-Lust dort gönnen /
Die in der Himmels-Burg Dir übergeben ist /

Doch dennoch müssen wir es frey heraus bekennen /
Es bleibt dein Nahm und Ruhm bey uns zu jeder Frist.

Also wolte auch seine Schützige Liebe dem Seeligst Verstorbenen in ge-
genwärtigen wenigen Trauer-Zeiten erwiesen

C. LEMCKE D.

Ignaras morbi rumor defertur ad aures,
LEHMANNVM summam nunc obiisse diem.

Obstupui, dubitoque diu, causamque requiro,
Ac omnes tandem sentio vera loqui.

Ingemui roto contritus pectore: tandem

Quid juvat exquiro quam didicisse mori?

Hoc didicisse juvat: didicitque BEATVS, & omnes

Risit, quos vitae spes male longa tenet.

Hoc quoque dicendum nobis: mors omnibus una

Imminet, & tacito clam venit illa pede,

JO. GOD. HARTVNGIVS, D.

Felix, quem tollit mors, ultima linea rerum;
Namque nihil posthac livor obesse potest.

Haec, cognita B. DN. PROFESSORIS morte,
secum reputabat

E. G. REICHIVS, D.

Tu, LEHMANNE, quidem florenti concidis aevo,
Et nimis ingenio est curia senecta tuo.

Sed

*Sed meliore manes post funera parte superstes;
Nam virtus nulla morte perire potest,*

ABRAHAMVS VATER,
Phil. & Med. Doct.

Pallida dum stravit lectum Tibi *Clare* LEHMANNE

Febris, quaerendo sic Tua verba refers:
*Sanguis per nares destillat flumine largo,
Quid docet haec crisis? Sectio vita iuvat.*

Vitam quam meruit profuso sanguine Christus,
Hanc crisin docuisse exitus ecce probat.

Profluxit sanguis, qui Te mihi sanguine quasi
Junctum sejungat: Sectio nulla iuvat.

O *Vir*, si revocare meo Te sanguine possem!
Omnem sacram, *Summe* LEHMANNE, Tibi.

Sed quia non optas mortali sanguine fultam
Ducere jam vitam, nil mea vota valent.

Hinc precor exlanguem Te mollis velat arena:
Sanguine Te Christus vestiet usque tuo.

*Haec Amico suo quondam firmissimo
l. p.*

D. CHRISTIAN. GEORG. BEBELIVS,
Argent. Med. Pr.

So mußu Seeligster des Todes Grimm empfinden/
Da man vor kurzer Zeit den schönen Text erkläret/
In welchen wir ein Bild vom Himmetreiche finden/
Und da der Heyland uns vom Gnaden-Großem lehret.
Ja wohl du Seel'ger Mann! kanst schon bereit genießen/
Was uns durch Gleichnisse der Heyland vorgemahlet/
Aus deinem Leben läßt sich dieses alles schließen/
Es werde Dir bey Gott der Gnaden Lohn gezahlet.
Du trugst die schwere Last der Krankheit ganz geduldig
Ja wenn im Leben Dich des Creuzes Hise stach;
So meinstu: dieses leyht du deinem Jesu schuldig/
Dem tragest du kein Creuz bis in dem Himmel nach.
Nunmehr ist bey dir der Feyer-Abend kommen/
Der Herr des Weinberges giebt dir den Gnaden Lohn/
Du singst Alleluja bereits mit allen Fremmen/
Die theure Seele schwebt vor Gottes Freuden Thron.

Dem Höchstbetrübten Herrn Vater und sämtlichen Anverwandten zu schuldigen Troste schriebs des seligst verstorbenen Herrn Professoris gewesener Beicht-Vater

M. AVGVSTVS WOLFF/
Prediger.

Du singest / Seel'ger / an / die Dichter zu beschreiben/
Die jedes Bibel-Buch / so Gott hat selbst gemacht /
Durch Ihre Dichter-Kunst / in reinen Reim gebracht.

Gott

Gott aber sprach/ Gemung/ Ich will dich einberleiben
Der reinen Himmels-Zunft/ da findest du Propheten * Alludiret ad Divi Commentationes
Nebst ungezehler Zahl der Biblischen Poeten. de Poetis Biblicis, quibus immortalus est.

Es bedauert und betrauret den unermüheten Verlust des seligen Heren Professors,
und schreit zugleich aus schuldbigster obervance gegen den Hochberühmten alten
Herrn Vater auch sambtliche Leidtragende zu einiger Gemüts-Beruhigung

M. JOH. HEJN. KEJEMAN/
Prediger.

Der letzte Orcan hat den Tod hinein gesaget
In unser Elb-Athen/ ach Himmel zürne nicht!
Es wird der Väter Herz durch diesen Sturm genaget/
Indem ein Mit-Gelid verlässet dieses Licht.

M. HEJN. BESKER/ Adj.

MNHMOΣYNON
IMMORTALI AMICI DESIDERATISSIMI, HONORI,
EXOPTATOQVE LVGENTIVM SOLATIO,
NON ABSQVE LACRVMS,
APPENSVM:

Tu vero Numen coeleste, meis precor annis

Deme moras, acvo has adjiciasque Patris.

Carminis haec, LEHMANNE, fuit conclusio, Patris

Natalem placuit quo decorare senis. Pappi.

Jam voti compos, quamvis ex parte, videris:

Tempore dum propero claudis in orbe diem.

Vernat quando tibi florens aetas, roseoque colore

Spem longae vitae dat faciesque bonam.

Sed dubito moesti genitoris flamina vitae

An protendantur, vel mage rupta ruant?

Natos namque Senex venerandus, honore corufcos,

Binos praemisit: vivere numne cupit?

Hic validis opus est animis ac pectore firmo,

Vulnera quo patiens haec superare queas.

Attamen afflicto, Praesul Venerande, levare

Qui scite nosti, sis memor ipse tui.

Praemissos modo, non amissos scis bene gnatos:

Concipis hinc flammam hosque videre brevi.

Opto gravi Numen senio solatia, robur

Addat: quo toleres dura, juvante DEO.

Tu, requiem capias, perfectus in Arre Professor

Omni, dilecto quam DEVS ipse favet.

Non est ut Batavos adeas, Anglosque marinos:

Portus adest victor carmina laeta canis.

Haud peregrina tibi quaerenda scientia restat:

Colloquii coeli mens saturatur ovans.

GEORGIO MICHAELIS CASSAI, Hungaro,
Collegii sapientum Assessore.

Es tragicos Vatum casus exponere multo
Conatus studio, Dive LEHMANNE, Tuo.

Ast horum numerum certe nunc issemet imple,

Cum juvenis vates facta subire paras.

*Saepe canit vates sibi sic quoque flebile fatum,
Quam prope, sed nescit, possit adesse rogo.*

Συλλογίματος dedit
M. FRIDERICVS STRVNZIVS,
Ord. Philosph. Assell.

Poeta, casus carmine dulcium
Vatum gemendos qui retulit, citae
Perit ruinis ipse mortis,
Atque subit mala, cum Poetis.

Poeta, Musa morteque vatibus
Est par, at impar, dum neque, quo tener
CATVLLVS ivit, nec bonus quo
VIRGILIVS, sed ad astra felix.

Ultimo honori Poetae celeberrimi dabat.

M. IOH. ADAM CALO,
Coll. Phil. Adj. & SS. Theol. Cand.

Mors fera BEYERVM telluris condit biatu,
Ossaque PLANERI contummata cubant.
Vulnera Leucoridos nondum sanata gementis,
Quum, LEHMANNE, vira bis comes umbra Tua est.
Cladibus o tantis da nunc, DEVS optime, finem,
Propitiague liga vulnera facta manu.

F.
M. IO. GODEFR. LESCHNERTVS,
Ord. Phil. Assell. & Theol. Cand.

Ergo petis coelum, cum quo commercia doctis,
Afflatisque DEO, vatibus esse, ferunt
Nos huc TE lacrymis decoramus, funera fletu
Prosequimur, nomen Musam perire vetat.

*Supremis Honoribus Excellentissimi VIRI
lugens maerensque dedit*

M. IO. HERM. von ESEBJG/
Ord. Phil. Ass. & S. Tb. Cand.

Funera deplorat LEHMANNI summus Apollo,
Funera Leucorides collacrumantque pie,
Non mirum: cecidit parnassi firma columna:
Quid? cecidit nostra portio prima Scholae.

lugens f.

M. CHR. FR. KRANEVVITTEVS,
Chemnicensis, P. L. C.
Ord. Phil. Assell. & Lycei Oppid. Rector.

Moesta quidem multis LEHMANNI fata videntur,
Dum mortem medio flore peremptus obit.

Dum

Dum captum ponit letho caput, oraque pallor
Occupat, & tenebrae lumina clara premunt:
Haec ita qui vitae sortes non curat iniquas
Iudicat, interitum qui putat esse malum.
Rectius aut censent, quorquot meliora tuerentur
Munera, qui cupidi coelica regna volunt.

Lugens scribeb.

M. IO. FRIDER. VVEIDLERSVS,
Ord. Philof. Affessor.

In terris toties panxisti carmina, Vates,
In coelo laetus carmina quantra canes?

Haec pauca, non sine multis lacrymis, fundebat

M. GODOFREDVS VVAGENERVS,
Ord. Phil. Aff. & Lyc. Oppid. Conr.

Externas dum spe plenus, meditatur ad oras
LEHMANNVS cursum, mox Libitina voces
Mittit, & heus, clamat, Parcae, converte cursum,
Cursum ad astra poli, me praeeunte, patet.

Civi & Patrono desideratissimo, praematura morte erepto,
illacrymans f.

M. SAMVEL CNAVTHIVS,
Bibliothecae Acad. Viteimb. Praef.

Mille dabas Casus Vatum, LEHMANNIDE, tristes,
Iam lactus coelis gaudia mille capis.

Ita Patronum suum, Disputationis de Casibus
Poetarum Tragicis Praesidem, lugens profe-
quebatur, ejus olim eo argumento
Respondens

M. IMMANVEL VVEBERVS, Viteimb. Sax.

Du hattest ehe dem von Mingen disputiret /
So die Verstorbenen vor Alters mit geführet.
Auf deiner Münze soll die Aufschrift diese seyn:
Ein frommes Davids Herzk bedeckt dieser Stein.

DAN. GODOFR. LZESEN / Freiberg.

Bis TV de Clypeo * fecisti verba Davidis,
At TIBI sit clypeus jam DEVS ipse TVVS!

* A. c. 1500c 11x, vi Id. Sept.

IOHANNES MICH. DENNEVVIZ,
I. P. C. & N. P. C.

Terre-

Terrestris quondam mores qui pinxerat orbis,
Orbis coelestis picta theatra tenet.

Ad Disp. DIVI, de Orbe Pictō
habitam, alludens

F.

TIMOTHEVS THIELE,

SS. Theol. Stud.

In Ahas Zeiger * gieng die Sonne dort zurücke /
Hier aber sprach GOTT selbst / Ich leg' in diesem Stücke
Was ich dem Sohn entwandt / dem alten Vater bey /
So wird / den Andern gleich sein Alter wieder neu.

* wird auf des Seel. Disp. geselet / de Horol. Ahas.

EMMUEL ZEDLER /

SS. Theol. Cult.

Chittaeum dederas Portum lectoribus olim,
Portum nunc Cannae, dicitur LEHMANNE, tenes.


I. G. MZZSCHERLING /

Sic Nactus sequitur Matrem, Fratremque beatum.
Insequitur Frater, jure paterque dolet.

sc.

IO. DANIEL BOECKEL /

S.S. Tb. Stud.



sc. T

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18



SVPREMVM
 OFFICIVM
 VIRO
 NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
 ATQVE EXCELLENTISSIMO
 DOMINO
 DAVIDI
 THEODOSIO
 LEHMANNO

POES. PROF. PVBL. ORDIN.
 CELEBERRIMO,


DIE XIX. FEBR. ANN. MDCCXY.

IN ALMA LEVCOREA

CVM
 MAGNO OMNIVM BONORVM LVCTV
 AC MOERORE DEPVNCTO,

ET
DIE XXIV. EIVSDEM

EXEQVIIS SOLENNIBVS
 COHONESTATO
 PRAESTITVM



Farbkarte #13

B.I.G.

